

*NvK an das Brixner Domkapitel. Er habe zu spät von dem von Hzg. Sigismund anberaumten Tag zu Sterzing erfahren, um selbst Gesandte schicken zu können, ist jedoch mit diesem Tag einverstanden. Einen nochmaligen Aufschub der Streitigkeiten lehnt er ab. Er kündigt seine Abreise nach Mantua für den 15. Mai an. Er verteidigt die Protokollierung der Aussagen der Mühlbacher Bauern durch Konrad Bossinger und greift die anmaßende Haltung des Herzogs an. Er lehnt es ferner ab, einen neuen Weibbischof zu ernennen.*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, StaA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TL A, Cod. 5911) f. 102r-103r.*

*Regest: Jäger, Regesten I 317 Nr. 217.*

*Erw.: Jäger, Streit I 321; Meuthen, Die letzten Jahre 52, 163.*

Venerabiles d., amici carissimi. Post mille salutes. Sunt aliqui pauci dies, quod quidam presbiter Romam oracionis causa venit et attulit michi litteras in eius favorem per rev<sup>mum</sup> p. dominum Tridentinum missas, in quibus eciam mentionem fecit, quomo<sup>dum</sup> d. Gebhardus<sup>1)</sup> de dieta scripsisset et quod d. Jacobo Trapp<sup>2)</sup> litteram misisset quodque d. dux in die sancti Georii (24. April 1459) in Sterzinga dietam posuisset.<sup>3)</sup> Littera illa tarde michi presentata fuit, et licet d. dux non haberet iuxta cedulam pactorum<sup>4)</sup> dietam in tali die et loco ponere, tamen, si in tempore scivissem, misissem ad Stercningam. Item, dum recederem, commisi meis, si iuxta cedulam dieta fieret, quod medium de feudis iuxta spem per d. Jacobum Trapp michi datam in Lüßna acceptarent.<sup>5)</sup> De treugis non debui cogitare tunc nec movere dubium, quia ivi ad curiam, ut lapso termino sancti Georgii iusticie viam amplecterer. Satis diu pacienter expectavi. D. dux dedit litteras defensionis<sup>6)</sup>, quas, si servabit, non est opus trewgis.

Ego xv die maii ab hinc Mantuam proficiscar, ibi ea, que potero, pro ecclesia et eius iuribus acturus. De eo, quod contra dominum Conradum Possinger<sup>7)</sup> coram vobis proposicio et protestacio nomine d. ducis facta est<sup>8)</sup> et ipse pro sua defensione non est auditus, non video, nisi quod semper queruntur occasiones et d. dux ducitur per eos, qui se putant sciolos et prudentes, sed plus involvunt ipsum. Isti rustici de Mulpach excommunicati propter insidias contra me, cardinalem et episcopum suum, palam factas supplicarunt pro absolucione ab excommunicacione. Impetravi a s. d. n., ut possem committere in forma ecclesie eorum plebano. Forma ecclesie habet, quod excommunicatus petens absolvi hoc faciat palam coram notario et testibus.<sup>9)</sup> Quid timet d. dux? Quod se rustici excusarent forte coactus per mandatum etc.? Et si non esset hoc per confessionem rusticorum, notarium ipse faceret per hoc etc. Non deficiunt testes in hoc casu. Conqueritur d. dux, quod sui non habuerunt auctoritatem meam. Non debui michi rebellibus auctoritatem dare neque dabo. In Mantua respondebo. Sperabam, quod d. dux debuisse aliquando informari, quod se de meo officio non intromitteret, cum ego me de suo non intromittam, sed, ut videtur, wlt me docere, quod agere debeam. Habeo papam, qui est magister meus. De suffraganeo<sup>10)</sup> habet memoriale michi presentatum. Ego non intendo expulsus dare suffraganeum nec quidquam aliud graciosum facere, sed iuxta ius scriptum et mandatum s. d. n. facere,

<sup>2)</sup> quidam: em. quidem. 6 iuxta: folgt gestr. regulam. 19 ab: ü.d.Z. statt gestr. pro.

sicut obligor. Ex Mantua scribam, que restant. Valete feliciter pro me orantes. Ex Roma die sancti Georgii 1459.

Vester N. cardinalis sancti Petri, legatus etc.

---

<sup>1)</sup> Gebhard Bulach von Rottweil, Generalvikar des NrK.

<sup>2)</sup> Jakob Trapp, Rat Hzg. Sigismunds.

<sup>3)</sup> Zum Tag von Sterzing s.u. Nr. 5907f.

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 5725.

<sup>5)</sup> Offen geblieben war die Gültigkeit der von der Verweserin Afra von Velseck im Namen der Abtei Sonnenburg vorgenommenen Belehnungen. Zu dieser Frage s.u. Nr. 5908 Z. 10-16.

<sup>6)</sup> Wohl Nr. 5490 vom 6. Februar 1458.

<sup>7)</sup> Konrad Bossinger, Brixner Domherr und Pfarrer zu Rodeneck.

<sup>8)</sup> Zu dieser Streitfrage s.o. Nr. 5890.

<sup>9)</sup> Zur öffentlichen Bußpraxis und der damit verbundenen Dokumentation der Beichten vgl. Naumann, *Introductio poenitentium* 72f.

<sup>10)</sup> Der Plan, einen neuen Weihbischof zu ernennen, begegnet hier erstmals. Der alte Weihbischof, der Dominikaner Andreas Sichariensis, war bereits 1456 gestorben; s.o. Nr. 4682 Anm. 17, 5438 Anm. 10.